Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



in domo dni in atrijs domus dei nri ℣ Bonum est confiteri Ala Concede
qs omps ds ut qui beati iohannis baptiste sollempnia colimus
eius apud te intercessione muniamur Per ℣ ylave prohoc
Hec dicit dns ds Ecce seruus meus suscipiam eum
electus meus complacuit sibi in illo dabo spm
meum super eum iudicium gentibus proferet Non clamabit neq ac
cipiet personam nec audietur foris uox eius Calamum quassatum
non conteret et linum fumigans non extinguet In ueritate edu
cet iudicium Non erit tristis neq turbulentus donec ponat in ter
ra iudicium et legem eius in insule expectabunt Gr Iustus ut palma
florebit sicut cedrus libani multiplicabit in domo dni ℣ Ad annuandum
mane misericordiam tuam et ueritatem tuam per noctem Alla ℣ Fuit homo mis
sus a deo cui nomen iohes erat Sequencia sancti euangelij secm lucam
In illo tem Dixit zacharias ad angelum Unde hoc sciam
Ego enim sum senex et uxor mea processit in diebus suis Et
respondens angelus dixit ei Ego sum gabriel qui asto ante deum
et missus sum loqui ad te et hec tibi nunciare euangelizare Et ecce
eris tacens et non poteris loqui usq in diem quo hec fiant pro eo quod
non credidisti uerbis meis que implebuntur tempore suo Et erat ple
bs expectans zachariam et mirabantur quod tardaret ipse in templo
Egressus autem non poterat loqui ad illos et cognouerunt quod uisio
nem uidisset in templo Et ipse erat innuens illis et permansit mut
Et factum est ut impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam
Post hos autem dies concepit elysabeth uxor eius et occultabat
se mensibus quinq dicens Quia sic fecit mihi dns in diebus qb
respexit auferre opprobrium meum inter homines Offertorium
In uirtute tua dne letabit iustus et super salutare tuum exultabit uehementer desiderium anime e